



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

2. Decreti huius impugnatores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

consensus liber, necessario tamen, atque infallibiliter tunc actu, & de præfenti absolute per eodem est: ergo eis tantum positis in hypothesei idem concursus sub illis conditionate erit per eodem; si consequentia habeatur ratio. Probatur consequentia quia quicquid absolute possum inferre absolute, & de præfenti necessario, & infallibiliter aliud, possum sub conditione inferre necessario, & infallibiliter fore conditionate sub ipso; alioqui, si sub eius hypothesei conditionate non erit necessario, & infallibiliter, neque eo absolute & de præfenti posito necessario, & infallibiliter absolute erit inferre actu, & de præfenti: est quippe ab existentia absolute effectus à causa absolute existente, ad existentiam, seu futuritionem conditionatam illius sub eadem causa in hypothesei posita & contra mutua, & inevitabilis consequentia: cui veritati innuitur explorata apud omnes bonitas syllogismorum omnium conditionalium in quibus ex vera, & admilla propositione conditionali pro maiore; & purificata conditione pro minore, certo, & infallibiliter inferatur absolute existentia effectus, qui in maiore fore conditionaliter dicebatur. Atque id quidem uniuersum absque vlla exceptione, & in materia omni verissimum & statum apud Dialecticos est. Confirmatur in syllogismo conditionalibus materiae necessariae causarum necessarium, seu naturalium, ad suorum naturalium effectuum, & necessarium existentiam: in quibus purificata conditione in minore, sub qua effectus necessario futurus in maiore dicebatur, recte inferatur effectum absolute, necessariumque existerre, atque ideo aduersarij ad conditionatam futuritionem effectus naturalis, & necessarij à naturali causa, decreto actuali de illa abstinere: est autem connexio, & necessitas maior consensus absolute à prædeterminatione decreto, & prædeterminatione absolute: ergo ex præfinitione (& idem est, de physica prædeterminatione) Dominicanorum, seu Thomistarum iuniorum posita in hypothesei absque vilo actuali decreto, necessario erit consensus (liber etiam, ut hi volunt) conditionate: & certo, ac infallibiliter à Deo iuxta eorum principia cognoscetur.

7. Minor probatur: quia connexio causæ physice necessario operantis, ac de se determinata ad suum effectum, solum est connexio physica cum illo fundata in indigentia diuini concursus, quam ratione determinationis suæ ad causandum exigit à Deo, cum autem eiusmodi exigentia possit pro suo absolute arbitrio, dominio, & potestate Deus non annuere (viti igni Babylonico non annuit) solum est in causa eiusmodi naturalis, & necessaria in hypothesei ad effectum sub illa conditionate futurum connexio physica, & naturalis, atque conditionata sub illa necessitate naturalis, & physica, non autem, metaphysica etiam necessitas, & certitudo; quæ tamen ex præfinitione, & prædeterminatione physica ad consensum liberum, etiam vtiliter (ut iuniores Thomistæ volunt) omnino est: quod si dicas non solum causam naturalem poni in hypothesei, sed decretum etiam Dei concurrenti cum illa, æqua quidem erit necessitas effectus; & connexio conditionis, seu principij adæquari positi cum illo: at, cum æque necessarius sit liber consensus ex præfinitione, ac prædeterminatione, ac reliquis principijs suis, si hæc omnia in hypothesei ponantur, æque necessario, & infallibiliter erit conditionate consensus idem liber, atque sub hypothesei decreti, & causæ naturalis erit necessarius, & naturalis effectus absolute vilo ex parte actus absolute decreto in Thomistarum iuniorum principijs: quod est huiusce confirmationis interitum.

8. Tertiò inconsequenter Thomistæ iuniores decretum hoc absolute ex parte actus, & conditionatum ex parte obiecti ad futuritionis contingentis conditionate constantiam, & existentiam inducunt: ipsi enim ad malitiam formalem peccati pro statu absolute ipsius, necesse absolute ex parte actus decretum omnino reiciunt; licet ad materiale peccati non satis bona, ut ostendunt, consequentia efficacis Dei decretum, & præfinitionemque demum ea sita sita est futurum contingens sub hypothesei præfinitionis de materiali peccati, vel, si

Christoph. de Ortega, De Deo Uno, Tomus I.

malunt, etiam ex præfinitione absolute ex parte actus, & conditionata ex parte obiecti de materiali eodem peccati: ergo contingens conditionatum cuiusque conditionata futuritio contingens in horum doctrina absque vilo decreto sui, vel præfinitione diuina absolute ex parte actus, & conditionata ex parte obiecti constare, ad suo modo potest existerre. Quod si dicant, ut inconsequentiam erit manifestam, Deum absolute ex parte actus conditionatam formalem malitiam peccati præfinitione: & suam doctrinam deferent, atque rationi, & fidei aduersantur: est enim Deus ob solum conditionate existentia peccata, quæ peccata etiam formaliter, ut in eo statu præfinit, nondumque ad absolutam eorum existentiam deducta non puniunt; at cum purificata conditione præfinitio Dei conditionata ex parte obiecti, vel seipsa, vel alia, quam de eodem obiecto necessario infert, transeat in absolutam: absolutam omnino præfinitionem formalem malitiam absolute peccati, ob quam Deus punit, atque, ob quam solum hæreticum fuisse Caluinium & sequaces à sua Thomistica diuersos, fidem faciant, admittere coguntur. Rationi insuper aduersantur, si id dicant. Quid enim à ratione magis alienum, quam malitiam formalem absolute existentiam decretum Dei absolute ex parte actus de negare, & solum conditionatæ, suspensæ, & sub hypothesei malitiam eiusdem existentie, seu futuritioni, decretum Dei ex parte actus absolute concedere: cum cuiusvis absolute existentia Dei nutu, & decreto in primis, & explorato egeat; secus autem existentia eiusdem conditionata, quæ absolute talis non est, sed solum esset, si conditio apponderetur?

9. Si dicant rursus formalem peccati malitiam necessario, & inevitabiliter, etiam à Deo, materiale peccati consequi debere: quare decreto absolute ex parte actus ad futuritionem conditionatam sui minime egeret: bene quidem, ac vere dicent; sed dabitur hæc solutio hoc totum, quod intenditur: nempe posita in hypothesei conditione, & causa, seu principio, ex quo absolute posito liber consensus, & contingens necessario absolute erit, satis in eorum doctrina esse, ut ille idem consensus, contingens, & liber sub conditione sit, quin decreto vilo absolute ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti opus habeat. Quod si tandem dicant formale, siue malitiam peccati, quid rationis esse: quare ab huius conditionate existentia ad existentiam realem contingentis futurum independentem à decreto absolute ex parte actus consequentiam non esse: cum id solum quod reale est à Deo, cuiusque decreto pendere possit: locus autem, quod est pure rationis: facile impugnantur; quia non agimus de malitia formali pure rationis & ficta, sed vera, & reali: & ob quam damnantur, & puniuntur peccatores. Secundo loquimur de malitia formali, quæ necessario consequitur materiale peccati cum ipsa connexum, independentem prorsus ab omni intellectus cognitione; à qua tamen quicquid pure rationis figmentum est, omnino ac necessario dependet: quare locum eiusmodi solutio non habet.

CERTAMEN II.

Decreti huius impugnatores.

1. Decreta eiusmodi ad contingentium conditionatam futuritionem apponendam reiciunt in primis omnes nostri Iesuitæ Doctores; est enim Ioannes Martínez de Prado Dominican. pro eis falso recitet in Controversiis metaphysicis p. controu. 12. ar. 3. §. 3. num. 45. Nostros Henriquez Pereiram, Azorium, Michaellem Marcos, Ferdinandum Bastida Tolerum, & Bellarminum; eos tamen ab hac impostura aperte vindicant Paulus, Leonardus, p. sect. 15. Fasol. 1. p. qu. 14. art. 13. num. 184. Henao uentilatione 5. Borrul. defens. Scient. med. d. 5. à sect. 4. & ex citandis eorum doctorum locis statim impostura clarebit. Omnes igitur Iesuitæ nostri Doctores eis decretis aduersantur. Primus, etiam ante Molinam, omnes connexum cum consensu & huic naturæ præcedens, uti eius libertati aduersum

aduersum, negauit noster Alfonso Deza in manuscripto de Scientia, qui in Collegij nostri Complutensis archiuo obseruatur, Molina i. p. quæst. 14. concl. 1. & in concord. quæst. 14. art. 13. d. 50. §. *Triplex sententia*, & quæst. 23. art. 4. & 5. d. 1. m. 9. §. *Quidam Deum*, & m. vltim. Fonseca 6. met. 1.3. cap. 2. quæst. 4. sect. 8. §. *unde aperte*, & sect. 10. ad 3. Soarius 2. opus. de Scientia conditionata cap. 7. numer. 15. cap. 8. num. 8. & Prolegom. 2. de grat. cap. 5. Valent. t. 1. quæst. 14. d. 1. pu. §. 2. versu *Secundum est*, & *Nunc his ita explicatis*, Vahg. i. p. tom. 1. d. 67. c. 4. n. 2. Bellar. 2. de amiss. grat. cap. 17. ad 1. rationem & 4. de gratia, & libero arbitrio c. 12. & 17. Cardin. de Lugo d. 20. de Incarnat. sect. 2. n. 33. fin. Becan. i. p. tract. 1. c. 11. qu. 9. concl. 1. & qu. 11. n. 12. qu. 12. concl. 1. Egid. Koninch. de fide d. 2. dub. 7. n. 10. 7. Ludou. Torres de fide d. 75. dub. 3. Ant. Rub. 2. phisicor. tract. 4. quæst. 8. Conimbr. cap. 5. Phisicor. quæst. 13. Didacus Ruiz de Montoya d. 70. de Scientia, & sequentibus; imò, & sapius in antecedentibus Arrubal 1. p. d. 41. cap. 3. d. 46. c. 1. Herize tract. 1. de Scientia d. 7. c. 7. Granad. tract. 5. de Scient. condit. d. 4. n. 4. d. 8. sect. 1. num. 7. sect. 2. num. 10. Albertin. quæst. 4. Theolog. corollar. 4. dub. 2. num. 4. Marat. tom. 1. tract. de Deo d. 28. sect. 4. §. *Ex his constat*, sect. 5. concl. 3. Adam Tannerus i. p. d. 2. qu. 6. dub. 8. assert. 3. Fallot. i. p. tom. 2. qu. 14. art. 13. dub. 17. num. 283. Lessius Apolog. de grat. efficacia cap. 19. n. 18. & 6. de Diuinis perfectionibus cap. 2. num. 22. Alarcon. i. p. tract. 2. d. 4. cap. 6. Salas 1. 2. tom. 1. tract. 3. d. 1. sect. 6. & tr. 5. d. 3. sect. Dionys. Petrus tom. 1. Theologicor. Dogm. lib. 4. cap. 8. Marc. Anton. Palumb. i. p. qu. 14. doctrina 4. Anton. Perez Valiente 1. p. d. 1. n. 88. Iul. Cesar. Recupit. tom. 2. in 1. p. lib. 2. qu. 27. & 28. Franciscus Gonzalez de S. Crux, Bartholom. Amic. & Baltazar, Tellez in suis Phisicis, Sforcia, Palaucic. i. p. & 1. 2. Anton. Richard. d. de lib. arbit. Responstone ad obiectiones Vincentianas; Petrus Hurtado d. 9. de anima, & d. 55. de Incarnat. sect. 2. n. 54. Gaspar. Hurtado tract. de Scient. diff. 10. Moncaus d. 3. Theolog. c. 9. §. *iam ostendo*, cap. 16. §. *At in primis*, Ragusa d. 30. de Incarnat. §. 5. Theophil. Raynaud. d. 8. Theolog. natur. qu. 1. art. 2. num. 37. de noua libert. p. 2. c. 8. num. 3. Martin. Bressier. de Conscient. cap. 19. n. 257. Gualtherius seculo 1. Chronolog. verit. 4. §. 24. & seculo 4. verit. 4. §. 13. Salazar. de Concept. cap. 9. num. 32. cap. 24. num. 60. Burghellius continent. Christian. cap. 11. & 12. Ioan. Martin. Ripald. de ente supernaturali d. 103. Franciscus Amicus d. 12. de Scient. sect. 12. n. 200. Ioann. Praeposit. dissert. de Scient. med. dub. 2. Arriaga d. 8. de anima sect. 3. subsect. 2. & d. 21. de Scient. sect. 2. Zuniga d. 9. de Trinitate d. 7. m. 2. num. 8. Hemelm. tom. 2. cit. 13. d. 1. c. 4. num. 26. tit. 14. d. 2. cap. 3. num. 7. VVadingus d. 9. de Incarnat. d. 4. num. 21. Perlin. Apolog. Scholast. Proconcept. d. 4. cap. 4. num. 1. cap. 11. num. 2. Franciscus de Lugo i. p. lib. 1. d. 32. ante cap. 1. d. 37. cap. 1. num. 7. Martinon. d. 10. de Scient. sect. 10. Franciscus Alphons. 2. Phisic. Bernald. d. 18. de Incarnat. sect. 3. num. 53. Ludouic. Ribas d. 6. de Scient. cap. 5. num. 44. Martin. Perez ab Vnanon d. 13. de Incarnat. sect. 2. num. 8. Alderete de Incarnat. tom. 1. d. 21. sect. 1. Gaspar de Ribadencya d. 3. de predest. & d. 20. & 21. de Scient. Chrysophor. Vega in Theologia Mariana Palæstra 2. certam. 3. & 4. Carteron. d. 46. Philosoph. sect. 4. Ildefons. Peñafiel d. 5. de posterior. resolut. Ordine vero 14. questione 1. numero 10. & d. 9. quæst. vltim. section. 3. Franciscus Annato tota fere defen. celebri Scient. med. Richard. Lynce tom. 1. Philosoph. lib. 10. tract. 4. c. vltim. Azor. i. 1. lib. 1. cap. 21. quæst. 8. Bernald. Quiros i. p. tract. de Scient. d.

2. Et hi quidem ex nostris qui Scholasticè scripserunt de scriptura interpretibus Cardinal. Tolert. ad cap. 10. Lucæ annotat. 18. notab. 5. Alphonsus Salmeron tom. 4. in Euang. p. 3. tract. 14. §. *Ad secundam questionem*, Cornet. à lapide in cap. 38. Ierem. v. 17. in Epistol. 2. ad Timoth. cap. 2. vers. 19. Lorin. in cap. 4. Sap. v. 11. & in cap. 11. v. 18. Iustinian. in cap. 3. ad Ephes. vers. 11. à ventilar. 17. Canisius append. Catech. de hom. lapsu & iustificat. cap. 5. Maldonat. in Euang. in cap. 6. Ioan. ad illud, nisi Pater meus traxerit eum, numero 67. in cap. 13. ad illud Manete in me & ego in vobis, num. 4. Barbadas tom. 3. cap. 11. ad id Luca: vae tibi Bethsaida, Ferras. de visionib. veter. test. vlt. 6. cap. 3. conim. 1. sect. 1.

numero 1. Francisc. Mendoza tom. 1. in 1. Reg. cap. 11. numero 26. annot. 1. circa literam, numero 1. Iacob. Pinto 2. de Christo Crucifixo tituli, loco 1. numero 13. Tirinus in epist. 2. Petri cap. 1. vers. 13. Conzen. in cap. 9. epist. ad Rom. cap. 9. vers. 11. quæst. 7. §. 6. Gabr. Aluar. tom. 2. in Mat. cap. 40. vers. 11. numero 299. cap. 41. vers. 22. numero 256. Gordonus in cap. 4. Sapient. vers. 11. & in 2. ad Timor. cap. 3. vers. 19. Vincentius Reg. tom. 1. Concor. Euangel. lib. 4. Theor. 1. in 1. Bonatius in cap. 16. Eccl. vers. 16. Didacus Baeza tom. 3. comment. moral. lib. 14. cap. 16. §. 35. Ioan. Philippus tom. 1. in Olsam cap. 2. vers. 13. cap. 4. & 11. Viegas, & Guenara apud Ripaldam de ente supernat. d. 113. num. 25. Anton. Escot. tom. 1. problem. moral. lib. 1. numero 5. Sheriog. tom. 1. in Cant. antelag. 4. sectio. 1. numero 7. Delrius in cap. 6. Genes. vers. 8. num. 21. in cant. exhortat. 6. §. 1. Mafucius in vita S. Pauli lib. 2. cap. 2. Ioannes VValerius de triplici cena Christi cena 2. cap. 13. Combrecius de studio perfect. lib. 1. cap. 4. num. 11. Salian. 2. annal. annot. mund. 2543. numero 52. Ioannes Anton. VVelaquez in cap. 1. ad Philippens. vers. 11. annot. 5. morali numero octauo, Andraas Pinus de concept. numero sexto, Henao propugn. historica Scient. med. cum aliis apud quem vent. 17. Ioann. Marian. Gaspar Sanchez. Ioann. Rodolph. de Cordoua, Boruill. defen. Scient. med. d. 5. apud quem sect. 5. præfatos omnes citatos merito reperies omnes phisicam prædeterminationem præiudicem diuinam ad futuritionem contingentium, siue absolutam, siue conditionatam ac de eis scientiam auferentes, scientiamque mediam, quæ non, nisi ab hoc decreto independentis esse potest pro vili aditucentes.

3. E non domesticis Scholis sed externis ea decreta reiciunt Parisiensis Petrus à S. Ioseph congregat. Fulen. tract. de diuina gratia d. 7. section. 3. & de iuari Concord. human. d. 4. section. 4. numero 4. Abra de Raco. nis tract. de principis section. 3. questione 1. propos. 1. siue, §. *Responde ad maiorem*, Philip. Gam. 1. 2. questione 111. cap. 6. de grat. eff. concl. 2. ad 4. §. *Vbi obsorua*, Andraas Duallius tractat. de actionib. hum. tituli, vltim. præfinitio, §. *Hoc autem*, & titulo, quomodo concilietur tract. de grat. questione 6. ad 4. & questione 7. ad 4. Nicolaus Izamberus & Geruafius Bigonius apud Henao ventilar. 3. E Salmantina Academia Primarij Professores Anconez Archiepiscopus Compotell. lectura de auri. diff. 3. §. *Tertio dicendum*, Francisc. Corneio lectura de Scientia d. 5. dub. 3. Curiel. controuers. 7. alias 1. in cap. 4. Sapient. articuli. 4. num. 1. & controuers. 2. in cap. 1. epistol. 2. Petri ad id *Sargite ut per bona opo*, numero 208. Illustriss. Angelus Manrique lectura de auxiliis diff. 6. cap. 1. & lect. de Scient. diff. 7. e vespert. eiusdem Acad. professoribus, Alfonso, Mendoza in quodlib. questione Scholast. numero 4. & 16. ad 3. §. *ex his expedita*, & §. *Non ut vulgaris*, & concl. 5. numero 13. §. *Ad 4*, citans Gueuaram Marquez Epist. ad R. P. Baptistam Pamblinum die 28. Septembris anno 1600. apud Paulum Leonardo, responso ad expostulat. cont. Scient. med. 1. p. sect. 10. numero 43. ex Acad. Complut. Professores primarij Ludouic. Zena Episcop. Delfusen. in cap. 4. epist. ad Hebra. diff. 6. & cap. 12. expost. lit. numero 59. §. *ex quo contra*, Ludouic. Montelinos 1. 2. tit. 2. questione 19. articuli. 2. d. 10. questione 3. *Ad confirmat. Durandi*, & quæst. 111. art. 3. d. 31. quæst. 2. numero 44. Lorca 3. p. quæst. art. 3. d. 10. m. 2. num. 26. Andr. Henric. de Villegas de Duo vno controuers. de Scient. conditionata & 3. fin. Albit tract. 1. de Scient. d. 7. sect. 5. num. 6. sect. vlt. Ex Academ. Louaniensi Driedo, Ruard. Tappet, Cuncus & Stapleronius citati & ab oppositi impolitica vindicati certam. 1. Ioann. Malder. Episcopus Antuerp. 1. 2. quæst. 111. art. 3. dub. 10. m. 1. 2. 3. & 3. repetitis Scientiæ med. Laudibus Ioann. VViguerius 1. 2. questione 111. art. 3. quæstio 2. numero 33. Et reliquis Academiis nobis donat Vnaeso vidimus, sed qualem inchoar. Michaël, Baius, & fecit Cornelius Ianienus quique suis propositionibus dam. natis primum ab Innocentio 10. anno 1656. 17. Kalend. Nouemb. eius Academia cunctis cerro Catho. licis Doctoribus contra illonum errores pugnantibus, &

& de Pintiana Moguina, Hyperbolensi Ligurina Gra-
hanti, & aliis à nobis stare ostendit Paulus Leonard. 3. p.
reposit. section. 6. de Valentia totam illam eorum in res
fines aduocans. Idem reitatur Borrelli, sect. vltim.
n. 370. citans eius praeceptos Magistros Ludouicum Crepsi
Primarium Episcopum Oriolent. postea Piacentinum Lect.
de auxiliis & de Scient. & de praedestinat. Iosephum Verge
Primarium lecturam huius & Melchiorum Iulter, tract.
culo de volunt. Dei numero 383. Bonauent. Querau,
Chrysostom. Royo & Cai. eius lectura de scientia.

4. Nec defunt nobis ex sacris Religionibus omnibus
auxiliares Doctores eorum praecepti, ex ordine Benedi-
ctino Caramuel Theol. 6. fundament. Theolog. à folio.
27. concludit. 2. & 3. quibus Physicas praedeterminationes,
& praedeterminationes, diuinas circa contingentia, tum condi-
tionata, tum absoluta aucturatur; licet aliunde Scientiam
nostram mediam reiciat; ex Giffertienti S. Bernardi Or-
din. nobis consentiunt Petrus à S. Ioseph, inter Parisien-
ses, Angelus Marique, inter Salamanticos; Lorca inter
Complutenses reian; item Eustachius à S. Paulo 2.
p. summ. philof. tract. 2. d. 1. quaestione 3. §. Verum
liberè Chrysostom. Cauerus Primarius tandem Complut.
Professor tractat. 2. Physicor. d. 4. numero 9. ex Domini-
cana familia illi in primis Primores, quos ab impostura
oppositæ sententiae per suos liberauimus certam. 1. nu-
merandi sunt, alique ibidem contra decreta, & con-
tra certam Dei scientiam conditionatorum tam ibi
quam d. 5. recensiti; & quod caput est S. Thom. locis
apertissimis recitandis controuersi. 3. docens expressè
causas creatas secundas liberas, nullatenus determina-
ri à causa vltia superiori ad suos liberos effectus; quod,
& quia universale est ad conditionatos etiam effectus ex-
tensionis; & quia tam generalis conclusio, quam ratio-
nes, quibus illud probat de absolute futuris liberis ef-
fectibus (qui dubio procul ratione absolute existentia
ad Dei praedeterminationes absolutas, quam conditionatas ap-
parentius videntur habere) potiori iure in conditionatis
solum debent tenere. Addendi etiam eodem titulo sunt
Magister Generalis Delphinus; vnus è Tridentinis Pa-
tribus 5. de iusticia, §. de multiplici gratia Dei pag.
205. & de multiplici gratia Dei pag. 14. vbi omnem
Dei praedeterminationem ad actus nostros liberos auctu-
ratur, & tandem Ledesma de auxiliis pag. 7. pro no-
stra hac sententia refert Capreolum, & Cauerum.

5. Ex amplissima Seraphici Francisci familia Hugo
Casselas lib. 2. d. 37. quaestione. 2. scholastic. ante solutio-
nem pro hac eadem Sentent. referens Ballolli. Tartaret.
Angles. maior. & 1. Sent. d. 39. quaest. 5. in Scholio post
num. 22. §. quantum ad secundum, Vegam, & tom. 31.
eunt. Lugdunensi. in tract. Secti de primo principio cap.
4. concludit. 4. numero. 8. Scholio 3. & in eius supplemen-
to ad quaest. de anima d. 3. section. 14. scotum pro nobis
ostendit; atque alibi saepe. Philip. Faber in 1. Sentent.
d. 39. d. 54. cap. 4. num. 37. cap. 5. num. 47. & 49. Hieronymi.
Tamarit à Tamarit Morib. Theolog. tract. de Scient. qu. 2.
Merisse tom. 2. metaph. cap. 3. p. 5. qu. 3. ante 1. Concl.
etiam praeterea Calpenem tom. 1. tract. de Scient. d. 6.
sect. 6. Ludouic. à dola d. quadripart. p. 1. cap. 3. num. 8.
§. Hac enim praesupposita, Cartheg. discursu 9. de Prae-
dest. d. 4. pag. 281. & d. 10. dub. 2. pag. 337. dat item no-
bis Ledesma cit. pag. 7. Alenem, Bonauent. Marfil. Ga-
briel Gregorium Henricum: item Smiling. tract. 3. de
Deo no. d. 2. quaest. 4. num. 69. apud Pasqualigum infra
sect. 4. numero. 29. de absolutis contingentibus futuris lo-
quens licet de hoc apud eundem d. 26. sect. 2. num. 12. in
oppositum referatur ex quaest. 5. num. 139. Ex Augustiniana
familia praeter citatos Salamanticos, & Complutenses An-
tolinca, Corcio, Basil. Mendoza, Marquez, Albiz Professo-
re Iouanes Puteanus Primarius Tolozanae Academiae,
Gabriel Femeras Canon. Regular. S. Aug. propugnaculo
humi. lib. 3. cap. 28. & 29. & 30. Celsitimus Brunus in
quaest. libero d. 13. de Scient. §. 8. Ex Carmelo Calcearo
hacoo peruenit doctrinissimus, & subtilissimus, Gilius
Complutensis Primarius etiam Complut. Benauides, atque
reio annos, vel Complut. vel Toleti scolasticam Theo-
logiam docuerunt tractat. de Scient. praedest. volunt. au-
xiis, quos vidimus, & audimus, capiti & reliqui eius
ordinis Magistri in Regali suo Conuentu Valentino ad
Christoph. de Orsiga, de Deo Vno, Tomas I.

hac vique tempora oculato, & aurito teste Borrelli. cit.
d. 5. sect. vltim. num. 372. fine. Ex ordine Beate Mariae de
Mercede Zumel supra: Ex ordine Sancti; T. init. Anton.
Alo. Lectura de Scient. Dei; ac reliqui eius orales apud
Hispanos Theolog. Professores si vnus excipias qui no-
uem retro annis; & à se & à suis non à Theologica ratio-
ne sed politica causa deficientes à Scientia media defecit;
ad quam tandem ratione cogente iam rediit. Ex ordine S.
Francisci de Paula Durullas in Dialectico Theca lib. 2.
c. 8. titulo *Alqua argumenta*, & titulo *quomodo sent si-
mul*, §. *Amplius probatur*, & titulo *solutur quodam. §. in-
fertur tandem*. Marinus Merlennus in 1. Genes. v. 1. art. 5.
obi. 10. & 17. Claudius Rangolius in 1. Reg. c. 13. ver. 4.
tit. *quomodo intelligendus sit*, §. *Ex his sequitur*, & §. *Fit
ita explicat*, & vlt. semel dicam, in nostra Hispania Omnes
huius Ordinis Magistri, quod ipsum de reliquis eius
vbiuis gentium professoribus reor: ex Patribus Clericis
Minoribus Raphael Aueria Praepos. Gener. 1. 2. quaest. 10.
de libert. volunt. sect. 2. argum. 5. sect. 3. §. *in hac re* & Ser-
uitis Balonius de praedest. cap. 8. Ex Clericis Zacharias
Pasqualig. tom. 1. suae Theologiae d. 25. sect. 4. concludit.
licet in vtramque partem claudicare videatur d. 26. à
sect. 2.

6. Denique ex saecularibus Doctores praeter cita-
tos dum Viues detegeremus imposturas Illustr. D. Ferdi-
nand. Mascareñas Algab. Episc. general. apud Lusitan.
fidei quaestor de auxili. d. 12. p. 3. n. 23. p. 4. num. 27. d. 3.
p. 4. num. 6. Illustr. etiam Diota Leuins Episcop. S. Angeli
Legatus à Lacer Poloniae sub Paulo V. opuscul. 2. de Scient.
condit. c. 5. probat. 3. & 4. Pefanuis Romanus Eques in
vtrouque iure, & Theologia Doctor. 1. p. quaest. 14. art. 13.
d. 5. concludit. 4. & 5. & quaest. 23. art. 5. d. 7. & 1. 2. quaest.
111. ar. 5. ad 4. notab. 2. Gundialu. Sanchez, Lucero dis-
cursu de Concep. cap. 5. Thomas Pius 1. p. quaestione 14.
art. 13. dub. 3. numero 5. dub. 4. numer. etiam 5. Eugen.
Philadelphus exerciti. Scholast. tripartita cap. 1. coroll. 36.
cap. 3. §. 8. verum quod dicitur: Illustrif. D. Iouannes
Iannis de Echallas Calaguritan. Episc. tract. 6. Log. d. 32.
cap. 3. num. 27. Quibus adde ex antiquioribus Abulensem
& Valdenscm teste Zumel tom. 5. variat. d. 5. section. 1.
Philiscum & Camerarium teste Herrera tom. 1. in 1.
Sentent. d. 24. quaest. vnic. Pyghium, Moziom, Syrenium
Sadoleum, Cordubensem & Vegam teste Ledesma citatè
pag. 7. de auxiliis.

CERTAMEN III.

Decreta eiusmodi ad conditionate futu-
ritionis contingentium statum ex
Scriptura reiciuntur.

1. Decreta haec ad conditionatam contingentium fu-
turationem stabilendam reiciit ex eis omnibus
scripturae locis possent, quibus absoluta nostrorum actio-
num electio; & determinatio & potestas ad eas apponen-
das, indifferens, dominium in arbitrio nostro aliterur: si
enim ante conditionatum consensum nostrum efficaciter
decretum, praefinitumque à Deo est, quid in quauis rerum
peristhasi, & suppositione possibili prosequendum, agen-
dumque à nobis sit: cum ea praefinitio purificata condi-
tione, vel in absolutam transeat, vel absolutam aliam nec-
essario, & inuitabiliter inducat, cum qua, nec potestas
indifferens, & dominium arbitrij nostri erga actiones suas,
nec nostra item electio, ac determinatio ad eas appo-
nendas queat consistere, aperte ex eis locis scripturae de-
creta haec conditionata ex parte obiecti, & absoluta ex
parte actus conditionatam nostrorum actuum liberorum
futurae actionem cauanc, & necessario praecedentia, consti-
tuntur: eis tamen nunc recitandis, expendendisque merito
ablinemus, quia opportunius controu. 3. contra necessita-
tem eorum decretorum omnino, tam ex parte actus, quam
obiecti absolutorum (contra quae ea Scripturae loca di-
recto decernant) ad absolutam contingentium futurae
nem, ex eis locis pugnauimus.

2. Reicienda ergo sunt decreta eiusmodi subiectiue
absolutae